

SCRIPTA

Numéro Scripta : 930

Auteur(s) : Guillaume de Tournebu, Bayeux (doyen chapitre cathédral)

Auteur(s) : Bayeux (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1153, 3 mars

Lieu d'émission : Bayeux

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Tournebu, doyen de Bayeux, et le chapitre notifient et confirment les donations faites par Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux, des églises de Caynet et de Cahagnolles, et d'autres portions de terres, pour augmenter les revenus du chapitre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CXXXIX, t. 1, p. 168-170.

Texte établi d'après a

Guillelmus, Baiocensis ecclesiae decanus, totus ejusdem ecclesiae canonicorum conventus, universo clero, et populo in Christi nomine congregato, salutem, et orationum instantiam. Scripturae beneficio provida consuevit antiquitas commendare, quod noticiae posterorum, remota erroris nebula, volebat transmittere. Hanc igitur secuti providentiam, praesentis scripti attestazione, et nostri munimine sigilli, ratum facere curavimus quomodo Rogerum de Arreio, et Gaufridum de Anfrevilla, et Radulfum de Petrariis, in communionem nostram communiter nobiscum communionis nostrae beneficia participaturos, et eorum successores in canonicis illis, quas Philippus noster Baiocensis episcopus, auctoritate Eugenii papae, felicitis memoriae, novas in tempore nostro constituit, suscepimus, quomodo praedictus episcopus noster, ad nostrae communionis incrementum, dedit nobis ecclesiam de Chernet, cum omnibus in terris, et decimis ad eam pertinentibus, et ecclesiam de Chahaignolis cum omnibus similiter ad eam pertinentibus, et terram apud Nuilleium, quae dicitur terra Venatoris, et medietatem decimae tholonei in foro de Tilleio, et, apud Doveram, totam decimam proprietatis possessionis episcopi, in lanis, caseis, et pecoribus. Praefata igitur concessionem nostrae et donationem episcopi interfuimus nos, Willelmus, decanus Baiocensis ; Willelmus, thesaurarius ; magister Hunfridus, archicapellanus ; Patricius, archidiaconus ; Robertus, subdecanus ; Ricardus, succentor ; Ranulfus, magister scholarum ; Willelmus, sacrista ; magister Ricardus Episcopus (?) ; magister Herbertus de Ponte Ilberti ; Willelmus de Broilo ; Alexander de Condeel ; Willelmus de Hummet ; Radulfus, avunculus episcopi ; Clarus de Croleio ; Hugo de Sancto Georgio ; Helias de Tor ; Ricardus de Ros ; Guigerus ; Ricardus de Croleio ; Willelmus Sapiens ; Robertus Peilleve ; Alexander de Vetula ; Bartholomaeus, filius decani ; Radulfus Suhart ; Tustinus de Condeio ; Ricardus, filius Mauricii. Actum est hoc igitur, in capitulo, anno incarnati Verbi millesimo centesimo quinquagesimo tertio, quinto nonas marcii.